

corporis peruenire. Quamuis ego ne hanc
 quidem tibi quamptulisti terrestri uasculi
 infirmitatem obfuisse existimem cuius for-
 titudo ut scis menti semper inimica est ut te
 iure nunc tanto fortio rem spiritu putem
 quanto in bicillior carne esse coepisti;
 Caro enim inquit apte concupiscit aduersus spū
 spū aduersus carnem. haec enim inuicem sibi
 aduersantur ut non quae uultis illa facia-
 tis. ergo si repugante corpore quae uolumus
 facere non possumus. Infirmum carne
 est ut optata faciamus. Querum est in bicil-
 litas enim carnis uigorem mentis exacuit. &
 affectus artubus uires corporum in uirtutē
 transferuntur animorum ut mihi genus
 quoddam sanitatis esse uideatur hominem
 in dū non esse sanum. Nulla enim admodū
 tum spiritui cum corpore. Idest nulla diuinae
 indolium terreno hoste luctatio est, non tur-
 pibus flammis medullae aestuant, non male
 sanam mentē latentia incertua succen-
 dunt, non uagi sensus quaria oblectamenta
 lasciuunt, sed sola exultat anima laeta
 corpore affecto quasi aduersario subiugato